

quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas; et non timebit cum venerit aestus. Et erit folium ejus viride, et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Primum est cor omnium, et inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, et probans renes. Si ergo nos clarum apud Deum, et eximium virtutibus conspicuum hominem superhè despexerimus, et ex corporis vili specie, aut generis ignobilitate angustum animum esse stauerimus, nonne ab universorum Rege dissentire comperiemur, nec parvæ pœnæ obnoxii erimus, quod magnum est quandoque dicentes parvum, et lucem tenebras ponentes, et quod dulce est amarum statuentes? Servandi sunt itaque sanctis sui honores, et interna potius nobilitate, quam carnis rationibus sunt aestimandi. Sed inter nos plurimi eum qui abjectus sit in hoc mundo, licet virtutibus conspicuus sit, nullo honore et gloria dignum ducunt, sed solum opum copiam, et corruptibilem ac brevi peritura gloriam æquis nequaquam oculis respiciunt, minime curant an recte, an perperam judicent.

Vers. 44. — *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* S. August. tract. 26 in Joannem: « Judea contra verba Jesu murmurantes, à pane de celo longè erant, nec esurire noverant. Fauces cordis languidas habebant, auribus apertis surdi erant, videbant et ceci stabant. Panis quippe iste interioris hominis querit esuriam. Unde alio loco dicit: *Beati qui esuriant et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Justitiam verò nobis esse Christum, Paulus Apostolus docet... Quid ergo talibus murmurantibus respondit Jesus? *Nolite murmurare ad invicem.* Tanquam dicens: Scio quare non esurialis, et istum panem non intelligas, neque quæras. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Magna gratie commendatio. *Nemo venit nisi trahatur. Quem trahat, et quem non trahat, quare illum trahat et illum non trahat, noli velle judicare, si non vis errare..... Nondum traheris, ora ut traharis.* Ne vero cogites te invitum trahi: *Trahitur animus et amore.* Nec tueri debemus ne dicatur nobis: Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico: *Parum est voluntate, etiam voluptate traheris.* Quid est trahi voluptate? *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui,* Psal. 36. Est quædam voluptas cordis, cui panis dulcis est ille cœlestis. Porrò si potest dicere licuit: *Trahit sua quemque voluptas, et non necessitas, sed voluptas; non obligatio, sed delectatio; quanto fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur justitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est...?* Da amantem, et sentit quod dico. » S. August., ibid. Trahe nos post te, Domine Jesu, curremus in odorem unguentorum tuorum. Nostras etiam rebelles ad te compelle propitius voluntates.

Vers. 45. — *Est scriptum in prophetis: Erunt omnes docibiles Dei.* Omnis qui audit à Patre, et didicit, venit ad me. « Qui veniunt ad me per fidem, à Patre docentur.

Non mirum quod me non agnoscat, quia non auditus à Patre. Omnes homines ad regnum Dei per æternam prædestinationem pertinentes docti erunt à Deo, non ab hominibus audient. « Et si ab hominibus audiant, tamen quod intelligunt, intus datur, intus coruscant, intus reveatur.... Exterior cultor arboris, interior est Creator. Qui plantat, et qui rigat, extrinsecus operatur; hoc facimus nos. Sed neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus; hoc est, erunt omnes docibiles Dei. » Qui omnes? *Omnes qui audivisti à Patre; et didicisti, venit ad me.* Videte quomodo trahit Pater: docendo delectat, non necessitatem imponendo.... Disce trahi ad Filium à Patre, doceat te Pater, audi Verbum ejus, quod erat in principio apud Deum, et Deus erat Verbum. Quomodo homines in carne constituti audiant tale Verbum? Quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Qui ergo à Christo audiant, à Patre audiunt. *Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic vidit Patrem.* Ego novi Patrem, ab illo sum; sed quomodo verbum ab illo ejus est verbum; non quod sonat et transit, sed quod manet cum docente, et trahit audientem. Loquere, Domine Jesu, quia audit servus tuus; imò fac ut te audiam, aures interioris hominis aperi. Fac ne obsurdescam ad vocem interioris gratie tue. Da ut ex illorum sim numero, de quibus per prophetam dictum est: *Erunt omnes docibiles Dei;* S. August., tract. 26 in Joan., n. 7, 8, 9.

Vers. 48, 49. — *Ego sum panis vite. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt. Ille est panis de celo descendens; ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.* Panis mortuus et inanissimus Judæos à morte cum anima, tum corporis servare non poterat. Qualis lex, talis cibus, mortuus, typicus, inutilis ad veram justitiam, que est animæ vita. Solus Jesus est panis vite, non in aere formatus, et angelorum ministerio in terram effusus, ut Judæicum populum ad tempus servaret à morte corporis; sed in celo natus, missus ad homines per incarnationem, semper vivens, semper vivificans; vitam fidei et charitatis in membra sua semper diffundens in terrâ desertâ, in loco horrois et vastæ solitudinis; semper vitæ immortalis principium in sanctis, qui eo nutriuntur sine fastidio, sine rei alterius desiderio. *Patres vestri manducaverunt manna, et mortui sunt. Ille est panis de celo descendens, etc.* Hunc panem significavit manna. Hic panis vita æterna est, pignus future glorie. Hunc ex altari sancto, ex mensâ Domini accipimus: « Sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Quam multi de altari accipiunt, et moriuntur, et accipiendo moriuntur! » Unde dicit Apostolus: *Judicium sibi manducat et bibit.* Non enim buccella Dominica venenum fuit Judæ. Et tamen accepit, et cum accepit, in eum inimicus intravit: non quia malum accepit, sed quia bonum malè malus accepit. Videte ergo, fratres, et neminem cœlestem spiritaliter manducate, innocentiam ad altare apportate. Peccata etsi sunt quotidiana, non sunt mortifera. » S. August., tract. 26 in Joan.,

n. 11. Antequam ad altare accedatis, attendite quid dicatis: *Dimittite nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Dimittis, dimittitur tibi. Securum accede; panis est, non venenum. Intus te dimittis; nam si non dimittis, mentiris, et ei vide si dimittis; quem non fallis. Mentiri Deo potes, Deum fallere non potes. Novit ille quid agat. Intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus judicat, intus aut damnat, aut coronat.

Vers. 52. — *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum; et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Christus corpus suum in altari crucis pro vita omnium immolavit, et per ipsum rursus in nobis vitam inserit. « Postquam enim, inquit S. Cyrillus, lib. 4, vivificum illud Dei Verbum in carne inhabitavit, in suum bonum eam, hoc est, ad vitam reformavit, et omnino ei ineffabili unionis modo conjunctum, vivificam reddidit, non secus ac ipsum est secundum naturam. Proinde Christi corpus vivificat eos qui sunt ejus particeps; non sacramentaliter solum, sed et spiritaliter; qui scilicet Eucharistiam dignè suscipiunt, et qui fide et charitate fiunt corpus Christi. » Nôrant Fideles corpus Christi, ait S. August., tract. 26 in Joannem, si corpus Christi esse non negligant. Fiant corpus Christi, si volunt vivere de Spiritu Christi. De Spiritu Christi non vivit nisi corpus Christi. » Unde apostolus exponens nobis hunc panem: *Unus panis, inquit, unum corpus multi sumus,* 1 Cor. 10, 17. O sacramentum pietatis, ô signum unitatis, ô vinculum charitatis! *Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedat, credat, incorporetur, et vivificetur.* Non abhorreat à compage membrorum, non sit putre membrum quod resecat meretur, non sit distortum de quo erubescatur: sit pulchrum, sit aptum, sit sanum: hæreat corpori, vivat Deo de Deo.

Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ut autem non solum per dilectionem, ait S. Joannes Chrysost., hom. 45, in Joan., sed reipsâ in illam carnem convertatur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Cum enim suum in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commisit, et in unum nobiscum redegit, ut corpus cum capite uniretur. « Hoc enim amantium maximè est. Hoc Job significabat de servis, à quibus ita eximie amabatur, ut ejus carnis admisceri se peroptarent: *Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnis ejus ut saturemur?* Job. 51, 51. Quod Christus fecit ut majori nos charitate adstringeret, et ut suum in nos ostenderet desiderium, non se tantum videri permittens desiderantibus, sed et tangi, et manducari, et desiderio suo omnes impleri. « Ab illa igitur mensâ tanquam leones ignem spirantes sargamus diabolo perfidosolosi, et caput nostrum intelligamus, et quam in nos præ se tulit charitatem. Parentes septennumero liberos suos alios alendis dederunt, ego autem longè alter, meâ carne alo, me vobis exhibeo, omnibus favo, omnibus optamam de futuris spem præbeo. Qui in hæc vitâ ita se nobis exhibet, multo magis in futurâ. Vester ego frater esse volui, et communicavi car-

nem propter vos et sanguinem; et per que vobis conjunctus sum, ea rursus vobis exhibui. Hic sanguis facit ut imago in nobis regia floreat. Hic sanguis pulchritudinem aque nobilitatem animæ, quam semper irrigat et nutrit, languescere non sinit. Hic mysticus sanguis demones procul pellit, angelos et angelorum Dominum ad nos allicit... Hic est quo Christus emit, quo universam ornavit Ecclesiam. Ut enim homo servos auro emit et ornat, ita eos sanguine suo Christus. Qui hujus sanguinis sunt particeps, ipsam regiam Christi stolam induit, spiritalibus armis munit, imò ipsum induit sunt regem. Sed sicut magnum est et admirabile, ita si purè accesseris, ad salutem accessisti: sin prava conscientia, ad penam et supplicium. « Qui enim manducat et bibit indignè, judicium sibi manducat et bibit. » Nam si qui regiam purpuram coinquant, hand secus quam qui scindunt, puniuntur: quid mirum si qui immunda conscientia corpus Christi accipiunt, idem supplicium subeant, quod qui cum clavibus cruci affixerunt? »

Vers. 53. — *Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Dei verbo et promissis sine hesitatione credendum est, qui mysteria ratione curiosè scrutatur, coram fide et fructum amittit. Vox ista, quomodo, Dei omnipotentia et sapientia injuriosa est. Agnoscamus Deum posse, quod nos fateamur investigare et comprehendere non posse. Litiganti Judæo, et dicenti: *Quomodo potest?* etc., reponit S. Cyrillus, lib. 4 in Joan.: « Quomodo egressus es ex Ægypto? Quomodo in serpente versa est virga Mosæica? Quomodo leprâ manus infecta est, et in pristinum statum rursus rediit? Quomodo in sanguinis naturam versa est aqua? Quomodo per medium mare sicco pede transisti? Quomodo amara illa aqua de Merrâ per lignum versa est in dulcem? Quomodo tibi aqua de petrarum uberibus effluxit? Quomodo propter te manna decidit? Quomodo Jordanis immotus stetit? Quomodo Jerichontis inexpugnabiles muri corruerunt? »

Vers. 54. — *Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis; nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam; etc.* Quia vivifica facta est caro Salvatoris, ait S. Cyrillus, lib. 4 in Joan., utpotè Vitæ secundum naturam, Verbo nimirum Deo unita; cum illam degustabimus, tunc vitam habebimus in nobis, ei quoque simul uniti, quemadmodum ipsa Verbo inhabitanti. Hanc enim ob causam etiam in suscitandis mortuis, non verbis tantum et nutu Deo conveniunt Salvatorem operatum esse comperimus, sed carnem suam quasi cooperatricem ad hoc potissimum adhibuisse, ut ostenderet illam vivificare posse. Quod si solo tactu sanctæ carnis id quod corruptum est vivificatur, quomodo vitam æternam non consequemur, cum sanctam illam carnem in Eucharistia manducabimus? In suum enim ipsisus homo, hoc est, immortalitatem, non qui particeps ejus fuerimus, omnino transformabit. » Id verò veteribus figuris in Mosæica

lege adunbratum est. Cum enim Israelita in Egypto agnam immolasset, ac degustatis illius carnis, sanguine potes illinisset, eos ut sanctificatos exterminator angelus prateribat. Quamvis magis a morte aeterna servabimur, si veri Agni pro salute nostrâ immolati, scilicet Christi Jesu carnem sacro-antiam manducaverimus? *Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea verè est cibus, etc.* Illic sanctus Irenæus contra hæreticos resurrectionem carnis negantes: « Quomodo, inquit, lib. 5, c. 2, carnem negant capax esse donationis Dei, qui est vita aeterna, quæ sanguine et corpore Christi nutritur, et est membrum ejus? » Ne igitur potarent auditores Christi Jesu sic in manducatione carnis suæ promitti vitam æternam, ut qui eam sumerent, jam nec corpore morerentur; huic cogitationi dignatus est occurrere. Nam cum dixisset: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam;* continuo subjecti: *Et ego resuscitabo eum in novissimo die, ut habeat interim secundum spiritum vitam æternam in requie, quæ sanctorum spiritus suscipit: quod autem ad corpus atinet, nec ejus vitæ aeternæ fraudetur, sed in resurrectione mortuorum, novissimo die. Caro enim mea verè est cibus, et sanguis meus verè est potus. »* Cum enim cibo et potu id appellat homines, ut non esuriant, neque sitiant, hoc veraciter non præstat nisi iste cibus et potus, qui eos à quibus sumitur, immortales et incorruptibiles facit; » S. August. « Cibus iste semen est immortalitatis. S. Cyrillus. »

VERS. 57. — *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.* Qui dignè manducat et bibit, Christo per charitatem intimè conjungitur, et unione quodam modo naturali commiscetur, sicut concorporalis, ac in illo vicissim manet, crescitque Christus, mystico modo nos in se mutans. « Hoc est ergo manducare illam escam, ait S. Aug., tract. 26 in Joan., et illum bibere potum, in Christo manere, et illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat (spiritaliter) carnem ejus, nec bibit ejus sanguinem, etiamsi tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducet et bibat: quia immundus præsumpsit ad Christi accedere Sacramenta, quæ aliquis non dignè sumit, nisi qui mundus est; de quibus dicitur Matth. 5: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* » Ad sacramentum igitur corporis Christi communionem nos ut par est præparemus. Sic vivamus, ut quotidie mereamur accipere. Unus sit nobis dolor divinâ hæc esse propter peccata nostra privati.

VERS. 58. — *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem, et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Pater Filium ab æterno generans, communicat illi vitam suam: in temporum plenitudine Filium mittens per incarnationem, eandem illam vitam divinam humanæ Christi nature communicat; qui illum ex Patre, in Patre, et propter Patrem recipit. Sic fidelis quisque corpus et sanguinem Christi Jesu sumens, divine nature et vite fit particeps; ut verè dicere*

possit: *Vivo ego, jam non ego; vivit verò in me Christus. Vivit in Christo, per Christum, et in Christo. Sicut misit me vivens Pater, etc.* ac si diceret: « Ugo vivam propter Patrem, ait S. August., tract. 26, in Joan., id est, ad illum tanquam ad majorem referam vitam meam, exinanitio mea fecit, in quâ me misit: ut autem quisque vivat propter me, participatio facit quâ manducat me. Ego itaque humiliatus vivo propter Patrem, ille erectus vivit propter me. »

VERS. 59. — *Hic est panis, qui de celo descendit. Non sicut manducaverunt Patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Eucharistia manna est Christianorum in deserto hujus mundi. Væ illi qui illum sumere negligit, et ad illum dignè sumendam sese moribus Christiano dignis non disponit. « Si vitæ æternæ amore flagramus, ait S. Cyrillus, l. 4 in Joan., c. 2, si largitoris immortalitatis in nobis habere cupimus, caveamus ne loquimur nobis diaboli insigniter fraudulentus struat, damnosam nempe religionem ac metum. At enim scriptum est, iniquis: *Qui manducat et bibit indignè, iudicium sibi manducat et bibit.* Ubi verò probavi me ipsam, me indignum video. Quando ergo dignus eris? Quando te ipsum Christo sistes? Nam si te peccata usque deterreant, tali autem cessaturus sis nunquam, vacuus comperieris omnino sanctificationis illius, quæ in æternum nos servat. Quare piè apud te status christianæ vivere, atque ita Eucharistiæ particeps fias, credens eam non mortis solum, verim etiam marborum nostrorum spiritualium depellendorum vi pollere. Christus enim existens in nobis, sopit savientem in membris nostris carnis legem, et pietatem in Deum exsucciat, perturbationes mortificat, delicta nostra nobis non imputans, sed potius ut agrotos sanans. Confractum enim alligat, erigit lapsus Christus Pastor bonus, qui animam suam possuit pro ovibus suis. »

VERS. 60, 70. — *Respondit ergo Simon Petrus et dixit: Domine, ad quem ibimus? Verba vite æternæ habes. Timendum ne Christus nos propriæ tradat: sive permittat voluntati. Electionis nostræ ait Christum sequi vel mundum. Num habetabimus? Christo adherere, unum est adversario? Mundumne audiemus, verba mortis habentem? an Jesum verba vite æternæ docentem? Qui Jesum deserit, perire vult. Schola Christi, lucis et veritatis schola est. Ipse veritas est, et vita æterna, quam docet. Veritatem docet, illuminando mentem: Vitam æternam docet, accendendo in cordibus charitatem. Et nos credidimus, et cognovimus quia tu es Christus Filius Dei. » Mira est sanctorum Apostolorum fides, ait S. Cyrill. Alex., lib. 4 in Joan., fervida confessionis ratio, eximia et præcellens consensio. Non enim retrò abierunt, ut illi qui duram vocabant illius sermonem; neque etiam leviter crediderunt; sed certiores facti celestis illius doctrine magistrum esse. Tuta verò hujusmodi fides est; sed quæ talis non est, ex hominis mente facile evolvitur, et quæ altas et firmas radices non habet. Unde Salvator in parabolâ de semente ait: *Alia cecidit supra petram, et natum aruit, quia non habebat humorem,**

Quenadmodum enim prius quam semina in terram jactantur, agricultura lege terra proscindi debet: sic illi qui ad suscipiendos divinos sermones accedunt, illorum desiderio cor prius aperiendum est: sic enim iis susceptis, animam seu terram aliquam fecundam reddunt. Igitur in certitudine fidei sapientissimi discipuli se cognovisse aiunt et se credere ipsam esse Christum illum Dei Filium; oportebat enim et credere et intelligere. Neque enim ex eo quod res divine fide percipiuntur, idcirco ab earum indagatone et studio omnino cessandum est: sed co-

CAPUT VII.

1. Post hæc autem ambulabat Jesus in Galilæa: non enim volebat in Judæam ambulare, quia querebant eum Judæi interficere.

2. Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scapeogæ.

3. Dixit autem ad eum fratres ejus: Transi hæc, et vade in Judæam, ut et discipuli tui videant opera tua quæ facis:

4. Nemo potest in occulto quid facit, et quærat ipse in palam esse: sic hæc facis, manifesta te ipsam mundo.

5. Neque enim fratres ejus credebant in eum.

6. Dicit ergo eis Jesus: Tempus meum nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum.

7. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt.

8. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est.

9. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa,

10. Ut autem ascenderent fratres ejus, tunc et ipse ascendit ad diem festum, non manifestè sed quasi in occulto.

11. Judæi ergo querebant eum in die festo, et dicebant: Ubi est ille?

12. Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alii autem dicebant: Non: sed seducit turbas.

13. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Judæorum.

14. Jam autem die festo mediante, ascendit Jesus in templum, et dicebat,

15. Et mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hæc literas scit, cum non didicerit?

16. Respondit eis Jesus, et dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.

17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrinâ, utrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

18. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærat: qui autem quærat gloriam ejus qui misit eum, hic verax est, et injustitia in illo non est.

19. Nonne Moyses dedit vobis legem? et nemo ex vobis facit legem.

20. Quid me quæritis interficere? Respondit turba et dixit: Dæmonium habes: quis te quærat interficere?

mandum potius ut ad mediocrem saltem eorum notitiam evahmar, quæ sit tanquam in speculo et æmulate, ut S. Paulus ait. Rursus autem optime dicunt, non primùm se cognovisse, deinde credere, sed Fidei cognitionem subjungunt. Fidem enim sequitur cognitio, non antecedit, juxta illud: *Si non credideritis, non intelligetis.* Fide quippe simplici, non curiosa, basis instar constituta, superedificatur deinceps cognitio, quæ paulatim in mensuram ætatis Christi, et in virum perfectum ac spiritalem nos effert. »

CHAPITRE VII.

1. Depuis ce temps-là, Jésus parcourait la Galilée, ne voulant pas aller dans la Judée, parce que les Juifs cherchaient à le faire mourir.

2. Mais la fête des Juifs appelée des Tabernacles étant proche,

3. Ses frères lui dirent: Quittez ce pays, et vous en allez en Judée, afin que les disciples que vous y avez vuient aussi les miracles que vous faites.

4. Car personne n'agit en secret, lorsqu'il cherche à être connu dans le public. Puisque vous faites ces choses, faites-les nous connaître au monde.

5. Car ses frères même ne croyaient pas en lui.

6. Jésus donc leur dit: Mon temps n'est pas encore venu; mais pour le vôtre, il est toujours prêt;

7. Le monde ne saurait vous haïr; mais pour moi, il me hait, parce que je rends témoignage contre lui, que ses œuvres sont mauvaises.

8. Allez, vous, à cette fête; pour moi je n'y vais pas, parce que mon temps n'est pas encore accompli.

9. Ayant dit ces choses, il demeura dans la Galilée.

10. Mais lorsque ses frères furent partis, il alla aussi lui-même à la fête, non pas publiquement, mais comme s'il eût voulu se cacher.

11. Les Juifs donc le cherchaient pendant cette fête; et ils disaient: Où est-il?

12. Et on faisait de lui en secret plusieurs discours parmi le peuple, car les uns disaient: C'est un homme de bien; les autres disaient: Non; mais il séduit le peuple.

13. Personne néanmoins ne parlait librement de lui; parce qu'on craignait les Juifs.

14. Or, vers le milieu de la fête, Jésus monta au temple, où il se mit à enseigner.

15. Et les Juifs en étant étonnés, disaient: Comment cet homme peut-il être si savant, lui qui n'a point étudié?

16. Jésus leur répondit, et dit: Ma doctrine n'est pas ma doctrine; c'est la doctrine de celui qui m'a envoyé.

17. Si quelqu'un veut faire la volonté de Dieu, il reconnaîtra si ma doctrine est de lui, ou si je parle de moi-même.

18. Celui qui parle de lui-même, cherche sa propre gloire; mais celui qui cherche la gloire de celui qui l'a envoyé, est véritable; et il n'y a point en lui d'injustice.

19. Moïse ne vous a-t-il pas donné la loi? et néanmoins nul de vous n'accomplit la loi.

20. Pourquoi cherchez-vous à me faire mourir? Le peuple répondit: Vous êtes possédé du démon: qui est-ce qui cherche à vous faire mourir?